



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

188. An ex generali commissione cognoscere possit causas civiles.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Quaestio 187. Specialis, an Vicarius cognoscere possit de crimine haeresis?

Respondeo: Nullatenus de crimine haeresis cognoscere potest Vicarius sine speciali commissione. Barbof. *de potest. episc. alleg. 54. num. 85.* Pax-Jord. *l. 12. tit. 1. num. 194.* citautes Decian. *tr. crim. Tom. 1. l. 5. c. 21. num. 7.* Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 23.* citans insuper Farinac. *de haeres. q. 186. num. 13.* Sbroz. *l. 2. q. 161. num. 4. & 5.* ubi in specie dicit, quòd, cum proceditur coram Inquisitore, nomina accusatoris & testium exprimenda sunt coram Episcopo vel ejus Vicario, & de eorum consilio ad condemnationem proceditur, juxta varios textus juris, & AA. quos citat à *num. 1.* talis expressio non possit fieri coram Vicario non habente ad hoc speciale mandatum praesente Episcopo, secus eo absente. Pro quo citat Gl. in *c. statuta. de haeres. in 6. §. jubemus. v. absente* & ibi DD. quemadmodum etiam responsionem ipsam seu in genere, quòd nimirum Episcopo absente possit Vicarius de haeresi cognoscere, limitant Pax-Jord. *l. cit.* & Ventrigl. pro hac limitatione adducens Decian. *l. cit.* & Gemin. *in c. ut commissi. §. ult. de haeret. in 6.* Limitat quoque dicta sua Sbroz. *num. 8.* nisi fieret dicta expressio illa coram Vicario tanquam coram persona honesta, & in jure perita, juxta *c. statuta in v. aliquibus aliis personis. junctà Gl. v. absente.* Item limitat eadem *n. 9.* nisi talis expressio Episcopo praesente fieret coram Vicario de conscientia Episcopi juxta eandem Gl. Licet verò Sbroz. *cit. q. 161. num. 6.* prober, non posse praesente Episcopo dictum consilium praestare ex eo, quòd ne quidem Capitulum Sede vacante succedat Episcopo in consilio Episcopi requisito pro aliquo actu, adeoque multò minùs Vicarius (intelligi sine speciali commissione) cum is sit longè minoris potestatis quam Capitulum; quippe quod est successor Episcopi: attamen *q. 162.* ait ex mente Archid. *in c. licet. de offic. vicar. in 6.* posse Vicarium absque speciali mandato dare Inquisitori haereticae pravitatis hujusmodi consilia de puniendis haeticorum defensoribus, & receptoribus poena, de qua *in cit. c. ut commissi. §. puniendi.* Item *q. 163.* ait, Vicarium ex generali commissione habere auctoritatem requirendi Potestates & Rectores civitatum seu Gubernatores, vel alios Superiores saeculares, quocunque nomine censeantur, ut curent observare, & facere observari constitutiones editas contra haeticos, juxta *c. ut offic. §. fin. de haeret. in 6.* & Gemin. & Franc. uti & Archid. *in c. licet. in cit. v. transferantur.* Item *q. 164.* quòd Vicarius Episcopi habeat eandem auctoritatem compellendi Ecclesiastica censurà Magistratus ad exhibendum sibi statuta facta ad impediendum S. Officium inquisitionis contra haeticos, ut revocent vel moderentur eatenus, ne impediatur processus, aut aliquatenus retardetur juxta *c. statuta in l. 2. de haeret. in 6.* Archid. ubi ante, quin & privandi officiis dictos Magistratus, & illos inhabilitandi, si illi obedire recusent in concernentibus fidem juxta *c. ut offic. §. fin. de haeret. & ibi Gemin. n. 3.* Franc. *ult. not. 6.*

Quaestio 188. An Vicarius cognoscere possit ex generali commissione causas civiles?

Respondeo affirmativè: Sbroz. *l. 2. q. 125. num. 1.* citatis Cardin. *in Clem. 1. de offic. vicar. num. 1.* Bald. *conf. 477. num. 6. in 4.* Autrer. *in addit. ad Tholof. q. 148. &c.* Habet enim Vicarius generalis

administrationem quoque in civilibus competentibus Episcopo. Quanam verò sint causae civiles fori Episcopalis, ait Sbroz. recenseri latè à Cuchon *Institut. juris Can. de Episc. tit. 6. num. 121. & seq.* monet hoc quoque Sbroz. *l. cit. n. 6.* Vicarium nunquam suo foro attendere debere statuta vel consuetudines Laicorum super ordine procedendi, nisi essent ab Episcopo, vel alia Synodali constitutione approbata, & tunc solum in profanis, non autem in spiritualibus esse attendendas, citat Anchar. *conf. 18. n. 2. & 3.*

Quaestio 189. Num ergo etiam cognoscere possit causas feudales sine speciali commissione?

Respondeo negativè: Ventrigl. *l. cit. num. 40.* Barbof. *de potest. episc. alleg. 54. num. 111.* Pax-Jord. *l. cit. num. 218.* Sbroz. *cit. q. 125. num. 3.* & apud illum Cardin. *in Clem. 1. de offic. vicar. num. 19.* Idque ne forte tales procuret vasallos, quos dominus nolle habere. Sbroz. *l. cit.* qui id ipsum ex eo confirmat, quòd ne quidem Capitulum Sede vacante id possit.

Quaestio 190. Num possit sine speciali commissione cognoscere causas per appellationem jure ordinario devolutas ad Episcopum?

Respondeo affirmativè: Pax-Jord. *l. cit. num. 149.* Azor. *p. 2. l. 3. c. 45. q. 11.* Sbroz. *l. 3. q. 5.* citatis Abb. *in c. dilecti il. 3. de appellat. num. 1.* Bertach. *de Episc. p. 6. l. 5. tit. de Vicar. Episc. num. 17.* Foller. *pract. crim. Can. p. 1. mor. num. 123.* Cuch. *Inst. juris Can. de Vicar. Episc. num. 125.*

Quaestio 191. An Vicarius cognoscere possit de validitate dispensationis factae ab Episcopo?

Respondeo negativè: Sbroz. *l. 2. q. 39.* ex Purpurat. *conf. 381. num. 4. vol. 1.* non enim potest inferior impedire potestatem superioris, juxta Clem. *ne Roman. de elect. c. inferior. dist. 31.* Autrer. *ad Tholof. san. q. 486. apud Sbroz. l. cit.*

Quaestio 192. An cognoscere valeat de validitate collationis factae ab Episcopo suo?

Respondeo; dicendum de hoc infra, ubi de potestate conferendi.

Quaestio 193. An cognoscere possit de obreptione dispensationis Apostolicae, quemadmodum id potest Episcopus vi Tridentini, sess. 22. c. 8.

Respondet Fagnan. *in c. quoniam. de offic. deleg. num. 29.* id eum non posse sine speciali delegatione; ed quòd Episcopus hanc cognoscendi facultatem de jure ordinario non habebat (de quo vide eundem Fagn. *in c. si quis. de confirm. utili vel inut. n. 16. 21. & 26.*) ideoque Concilium hoc loco non utatur dictione etiam, sed simpliciter ait: *ab istis tantum Delegatis Apostolicis.* Eadem ferè habet Fagn. *l. cit. num. 23.* ubi; quòd non possit cognoscere de obreptione vel subreptione gratiae obrentae à Papa, sicut potest Episcopus juxta Trident. *sess. 13. c. 5.*

Quaestio